

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XV. Discutitur in præsenti decisione, quod ab exemptione
præsenti decisione, quod ad exemptione partis rei non infertur ad
exemptionem alterius, imò econtra ex hoc arguitur alteram partem non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO XV.

Discutitur in præsenti decisione, quod ab exemptione partis rei non infertur ad exemptionem alterius, imò econtra ex hoc arguitur alteram partem non esse liberam. Item exclusio unius quando sit exclusio alterius.

R. P. D. CARILLO.

Rosfanen. Exemptionis.

Veneris 7. Iunii 1641.

S U M M A R I U M.

Eft in re.
cent. de-
cif 28.
par. 9.

- 1 Exemptio omnimoda ex quibus verbis deducatur.
- 2 Decisiones in causa iura facta, in dispensationibus supponuntur.
- 3 Decisiones in causa Cesaraugustana jurisdictionis coram Manzanedo declarantur &c n. 4.
- 4 Papa non presumuntur voluisse privare Episcopum jurisdictione locali.
- 5 Dicitio Nulli quid imparet.
- 6 Pralato Ecclesie regularis censetur concessa jurisdictione privative.
- 7 Soluio decimarum provenit à lege diocesana.
- 8 Soluio canonis pro una parte rei deno-
- 10 rat alteram partem esse liberam.
- 11 Decimas si quis solvere teneat de una parte fructuum, quoad alios censetur exemptus &c n. 11.
- 12 Expressio aliquid rei, quid denotet in non expressis.
- 13 Inclusio unius non est exclusio alterius, quoties illud includitur alio modo.
- 14 Generi per speciem non derogatur, nisi sente dictio aliqua exppositiva aut modificativa.
- 15 Species tunc censetur expressa majoris declarationis grata.
- 16 Exemptio concessa ex una parte, non infert ad aliam.

G 3

In præ-

IN præcedentibus decisionibus hujus causæ firmatum fuit in genere constare exemptione ad favorem D. Abbatis S. Mariae de Patiro contra Reverendissimum D. Archepiscopum Rostanen. reservato in ultima eorum, ut particulariter deretur de speciebus ipsius exemptionis, quare prolequendo disputationem super reservatis hodie dubitavi, in quibus consistat exemplo D. Abbatis, & Domini responderunt exemptionem intrare in omnibus excepta jurisdictione in populum.

Nam quoad personas & bona Monasterii, ejusque membrorum cum instrumentis omnibus dixerunt totaliter constare de exemptione in omnibus, sive spiciant legem diocesanam, sive jurisdictionem ordinariam, quia Papa in privilegio satis aperte locutus fuit recipiendo d. Monasterium cum omnibus suis tenementis nedum in protectionem, sed etiam in jus & proprietatem B. Petri cum expedito tamen nonnulli sit subjectum præterquam sacrofæcæ Romana Ecclesiæ, servato tantum onere solvendi Ecclesiæ Rostanen, annum censum trium centrum, & unius cannatae mellis, & volvit, ut in signum exemptionis d. Monasterium solveret annuam unciam auri Sanctæ Romanae Ecclesiæ, & prohibuit quaque, ut nullus sententiam interdicti vel excommunicationis contra Abbatem, Monasterium, Monachos, capellas seu Clericos promulgare auderer, nisi Romanus Pontifex vel legatus ab eis latere missus, eidemque Abbatii concessit facultatem deputandi in Ecclesiæ & casalibus suis Archipresbyteros, Notarios, & alios officiales.

¹ Quæ verba plenam & omnimodam exemptionem important, ut statuit in cap. si Papa & si autem de privilegiis in 6. Silvest. Angel. Tabien. Dux. Antonin. quod resert Sanch. lib. 6. conf. moral. cap. 19. dub. 1. num. 4. & plenius fuit deductum in 2. & 3. decisionibus emanatis sub diebus 20. Aprilis & 22. Junii 1640. quæ de more supponuntur in hac disputatione, adeò ut Ordinarius nullam habeat jurisdictionem seu potestatem in exemplis cap. 1. verbi unquid ergo de previ' in 6. cap. veniens ibique DD. de verb. signif. cod. lib. 6. Socin. in cap. postulatis num. II. & in cap. cum contingat num. 8. defor. comp. Ugolin. de censor. cap. 2. §. 15. num. 5. Sayr. cod. draft. cap. 6. num. 36. vob. vel nisi qui delinquit, & cap. 8. num. 7. lib. I.

² Unde patet non applicari decisiones in Cesaraugustana jurisdictionis 28. Junii & 17. Novembris 1623. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, in quibus Rota dicit exemptionem concessam Priori & Monasterio Ecclesiæ B. Mariae de Pilar, per quam d. Monasterium remansit immediate subjectum Sedi Apostolicæ, debere intelligi non ut quoad jurisdictionem ordinariam Episcopus totaliter diceretur privatius, sed quod cumulative posset concurrere cum Papa, ita ut inter eos esset locus præventioni ex rationibus ibidem adductis.

³ Quia in casu dictarum decisionum simpliciter tantum fuerat concessa exemptione, hic vero alia concurrunt, & signanter ponderarunt Domini illa verba negativa

De Jurisdictione Ordinarii in Exemptis Erasmi à Chokier.

53

negativa privilegi iibi: Volumus, ut nulli Monasterium vestrum cum capellis omnibus
& uenientiis suis sit subiectum, praterquam sacrafæca Romana Ecclesia. Per quæ s
concederet Papa privata Episcopum jurisdictione locali, cum verbum: nulli, non
possit verificari, nisi in ordinario, qui circumscripta exemptione jurisdictionem
huiusfer. Text. in cap. cum persona 7. in fine de privil. in 6. Et cap. omnes Basilicas 16. q. 6
cap. enquerente 16. de offic. ordin. cap. cum Episcopus cod. tit. in 6. cap. consiliarius 6. Et
sup. seqq. d. offic. domib. præsertim cum privilegium exemptionis fuerit directum
Praelato d. Ecclesiæ abbatalis tunc regulati, cui in dubio censeatur concessa jurisdictione
privative, ex notatis per Felicem. in cap. pastoralis num. 4. limit. 7. Abb. ibid. vers.
sod & eadem de privil.

Et propterea intrat etiam exemptione à solutione decimarum, quia earum
solatio provenit à lege diocesana. Abb. in cap. dilectus num. 4. de off. ordin. Chokier
de juris d. ordin. in cœmp. quæst. 15. num. 6. Modern. de potest. Episc. tit. 1. cap. 1. num. 14.
idque èd magis venit dicendum ponderatæ reservationefactæ in d. privilegeio ad favo-
rem Ecclesiæ Rossianæ. d. annui census trium cereorum, & unius cannata mellis,
quæ denotat omnium aliorum rerum non reservatarum comprehensionem. Joan. 9
Andr. in cap. cum venerabilis decensib. Dec. conf. 151. num. 1. circa fin. vers. quarto facit
Stephani decif. 1025. num. 6. Et 20. cum alijs cumulatis in 2. decif. huius causa. §. quia ex
lelunga, in fine.

Nec obstat, quod in eodem privilegio in §. lantè, expressum fuerit, quod 10
Monachi non debeant solvere deciman novalium, quæ propriis manibus, vel
sumptibus colunt, sive de animalium ad eos spectantium nutrimentis, ex qua ex-
pressione inferebatur, quod de cætero deciman solvere teneantur, & de animali-
bus non inservientibus usui Monasterii, & de his quæ dant aliis nutrienda, ut in 11
specie ex doctrina Abbatis in cap. ex parte il. 1. num. 8. Et in fine de decim. & aliorum,
unum Rotar. decif. 493. num. 1. par. 4. recent.

Quoniam cum exemptione ab alijs decimis optimè deducatur ex antecedenti 12
novalium non importat exclusionem aliarum decimarum, subsequens specialis expressio dd.
est exclusio alterius, quoties, prout hic, illud includitur alio modo. Dec. in l. 1. n.
84. in 3. lett. ff. sic cert. pet. Salic. in l. de crimine. C. qui accus. non poss. Menob. conf. 86. 13
num. 30. Surd. conf. 25. num. 35. Rota decif. 158. num. 19. par. 5. recent. Neque generi per
speciem derogatur, nisi inter utrumque adjecta sit dictio aliqua expositiua & mo-
dificalia, sed species censetur expressa majoris declarationis gratia. Cephal. confil. 14
37. num. 15. Rota decif. 261. n. 2. par. 2. divers. Gregor. XV. decif. 257. n. 9. ubi addent. n. 13.
allegant concordantes.

Quo vero ad jurisdictionem in populum, censuerunt Domini non compe-
tete D. Abbatii, quia ea non legitur adempta in d. privilegeio, & sic censetur ordi- 15
nario

nario reservata. Anchar. in d. cap. postulasti. num. 45. vers. quidquid enim de fratre
pet. & in cap. 2. num. 19. vers. quod probo de consti in 6. & ibi Franc. in S. Ieron. n. 7
vers. & ita etiam: Rota decif. 324. num. 5. par. 1. recent. Nec ab exemptione Monachorum
Monasterii, ejusque membrorum licet inferre ad comprehensionem exemptionis populi à lego jurisdictionis ordinatiorum, cum ex uno aliud non sequatur. cap. 10
exemptionem ubi Joan. Andr. num. 2. Anchar. num. 3. & alii communiter de provin-
6. & cap. 1. §. illam locum de verb. sign. eod. lib. 6. & benè distinguit Calderon. min.
quod incipit: Christi & gloriose Mariae Eccl. impref. post alleg. Lapis 139. à num. 20. qna
ad finem, & arguit idem Lapus in d. allegat. 139. num. 12. & 13. Chokier de jurisdictione
in exempt. par. 1. q. 13. num. 4. Rota decif. 324. n. 6. par. 1. recent.
Et ita utraque &c.

DECISIO XVI.

Privilegium concessum à diversis Summis Pontificibus communicati, & hominibus
Cæsenaten in materia bonorum emphyteuticorum, ut non solvant Laude-
mum supra dispositionem juris communis, an tale privilegium
dicatur reale, vel personale, & concluditur, quod
sit reale.

R.P.D. GHISLERIO.
Cæsenaten. seu Sarsinaten. Laudemiorum.

Luna 30. Aprilis 1646.

S V M M A R I V M.

- 1 Mons iustus est in districtu Cæsene.
- 2 In privilegio qualibet est attendenda mens concedentia.
- 3 Privilegium quando dicatur reale & transitorium ad quescunque.
- 4 Privilegia realia transiunt ad quemque possefforem.
- 5 Sitio fit successor titulo universali, sive particulari.
- 6 Privilegia directa in rem sunt realia.
- 7 Privilegium concessum causa bonorum est reale.
- 8 Privi-